



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 91. Joannis Parvi Apologia pro Duce Burgundiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

§. XCI.

Sæcul. XV.
A. C. 1408.*Joannis Parvi Apologia pro Duce
Burgundiæ.*

Paucis post adventum suum diebus Re-
gis alloquium deprecans admissus est. *Wading. ad
ann. 1410.
n. 19.*
Die autem octava Martii in Palatio san-
cti Pauli causam Ducis in judicio dice-
bat Joannes Parvus, Universitatis Pari-
siensis Doctor, qui jam antea eloquentiæ
fama sibi gloriam comparaverat maxi-
mam. Perorabat in pleno confessu Del-
phini, Siciliæ Regis, Cardinalis dicti de
Baro, Bituricum, Britannia, & Lotharin-
giæ Ducum, necnon in plurimorum Co-
mitum, Baronum, Equitum, & diversarum
Regionum Nobilium præsentia. Pa-
riter Parisiensis Universitatis Rector una-
cum ingenti Doctorum numero, plurimis-
que Civibus aderat. Joannes Parvus in
sua oratione, quam nobis Ingelramnus
seu Enguerrandus Monstreletus totam
atque integram servavit, ostendere niti-
tur, Aureliæ Ducem divinam, humanam-
que violando Majestatem, extitisse Ty-
rannum, quam qui unquam fuit, sævissi-
mum, nec non Regi salutem modo ve-
nificiis, nunc vitam insidiis, jam solium
Pontifice in opem vocato adimere molitum
fuisse. Ex quibus tandem conclu-
debat,

H 4

debat,

Sæcul. XV.
A.C. 1408.

debat, Ducis necem justam æque ac necessariam fuisse, & in simili eventu cuique fas esse, Tyrannum occidere; Hinc Burgundum non solum nulla pœna ob cædem Aurelianensis plectendum, sed potius gratia, aliisque præmiis honorandum esse, non fecus ac S. Michael præmio decoratus est, eoquod Luciferum cœlo expulerit, & Phinees, quod Zambri vita privaverit.

§. XCII.

Rex Duci datis tabulis gratiam delicti facit.

Monstrelet.
vol. I. c. 38.
Et 39.

Equidem saniori Auditorum parti hæc apologia admodum injuriosa accidebat, nihilominus optatum fortita est eventum. Cum enim Rex imbecillioris esset ingenii, & facile aliorum precibus flecti se pateretur, aliunde vero Burgundiæ Dux magna apud ipsum valeret auctoritate, postera die Dux in gratiam Regis rediit, quinimo veniæ, seu regias condonati criminis tabulas obtinuit. Verum, cum post aliquot menses in Flandriam regressus esset, bellum adversus Leodienses moturus, Ducis Aurelianensis Vidua Burgundi absentia opportune usura Parisios contendit, tum ut a Rege occisi sui Conjugis peteret ultionem, tum